



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1601. usque ad annum 1605

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1776**

**VD18 90118790**

§. 127. Gabriel Vasquez, aliique e Societate mortui.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67204](#)

Sæc. XVII. millesimum sexcentesimo decimo quinto  
A. C. 1604. edi curavit.

## §. CXXVII.

*Gabriel Vasquez aliquie e Societate  
mortui.*

Bibl. Script. Obiit pariter die vigesima tertia Se-  
S. J. ptembris Gabriel Vasquez natione  
Miræus. Hispanus, patria Bellomontanus, quod  
Script. octodecim annos natus die nona Apri-  
Sæc. XVII. lis anno Christi millesimo quingentesimo  
sexagesimo nono Societatem Complutensem  
pluti ingressus variis in Collegiis Divinitatis  
Thomam Aquinatem suo modo inter-  
pretatus est, sacra hac functione inter-  
gros viginti novem annos insumeret  
cum autem Vir esset præstantis in-  
nisi, assiduæ Lectionis, atque in per-  
stigandis, eruendisque Sanctorum Po-  
trum sententiis diligentia indefessa  
hinc ad Complutensem Academiam e-  
vocatus ibidem Theologiam publice tre-  
dedit, donec tandem quinquaginta  
quinto ætatis suæ anno ibidem de-  
serat. Edidit libros tres de Cultu in-  
rationis necnon Commentarios in Iohannem  
Thomæ summam: cetera ejus opera on-  
nia decem tomis comprehensa Lugduni  
anno Domini millesimo sexcentesimo  
vigesimo typis prodiere.

Hanc

Haud minor eruditione erat Ema-  
nuel Acosta natione Lusitanus Ulyssi-  
ponensis, qui anno restauratæ salutis  
millesimo quingentesimo quadragesimo  
primo natus decimo octavo ætatis suæ  
anno idem Societatis Institutum ample-  
xus est, ac variis Domi officiis defun-  
ctus septuagenario major die vigesima  
quinta Februarii Ulyssipone mortalita-  
tem exuit. Scripsit historiam Socie-  
tatis in Oriente usque ad annum mil-  
lesimum quingentesimum sexagesimum  
octavum, qui liber a Masseo latine red-  
ditus Parisiis exstat unacum epistolis  
de rebus Japonicis.

Eiusdem Instituti, Nationis ac pa-  
triæ erat P. Ludovicus Crucius, qui  
anno a Partu Virginis millesimo quin-  
gentesimo quadragesimo secundo natus  
Latinis, Græcis atque hebraicis lite-  
ris operam navabat, ac Rheticæ tra-  
dendæ, necnon interpretandis Sacris  
literis sese impendens, tandem poda-  
græ doloribus confectus Conimbricæ  
die decima octava Julii naturæ debitum  
solvit. Hic latino carmine eleganter  
expressit Davidis Psalmos iterato prælo  
excusos, edidit etiam tragœdias ac  
varia poemata. Postremus est Pater  
Petrus Chirinus, qui in Philippinas In-  
sulas a Superioribus suis missus, hi-  
storiam de horum insulanorum statu ac

Sæc. XVII.  
A. C. 1604.

L 1 2

con-

Sæc. XVII. conversione ad fidem scripsit, & m.  
A.C. 1604. nilæ annos natus septuaginta oī  
decessit.

## §. CXXVIII.

*P. Martini de Peraza deceffus.*

*Bibl. Carmel.* His merito jure accensendus est Ma-  
tinus de Peraza natione Hispano-  
*part. 2.* Ocaniæ oppido in Castella nova sito na-  
*Alegre Pa-* rad. stat. tus, qui a suis Parentibus tam pietate  
*V. c. 89.* quam Nobilitate claris in omni virtute  
exercitio educatus pro solidiori  
pietatis augmento Monachis Cisterci-  
sibus tradebatur, humanioribus literis  
ac Philosophicis disciplinis imbuendus  
postea saluti suæ providus Madriti apud  
Carmelitas antiquioris observantie  
bitum sumpfit, ac remenso studiorum  
curriculo tam luculenta acutissimi in-  
genii, ac vastissimæ eruditionis speci-  
mina edidit, ut Theologizæ Magister  
creatus, Sacras literas ex primaria  
Cathedra in Salmanticensi Universitate  
Professor interpretaretur: dein Caesaraugustam vocatus, cum hebraicæ lin-  
guæ versatissimus esset, denuo Sacrum  
librorum Interpretem agere jubebatur,  
qua exercitatione in animarum  
lucrum conversa per viginti fere annos  
primis in Templis necnon in Regali  
Xenodochio non sine ingenti fidelium

cor.